

tas, iustitia & veritas superiorē locum ob-
tineant, nec supprimantur à suis cōtrariis
vitiis: Hoc qualemq; sit, nō nostrum est
exprimere, sed tēporis: Faxit ille, qui gu-
bernat omnia humana, tenui pendentia
fīlo, vt ad laudē sui nominis, totius Recip.
Christianæ & Germanicę emolumētum,
omniumq; nostrum salutem & comimo-
dū, hęc & his similia magni spiritus co-
nania referātur & spēdent, quod vnicō
ardētibus votis à nobis & piis omnibus
optandum est.

CAP. XIX.

Quod multa fabulosa sub Frater-
nitatis nomine sp̄argantur,
quorum tamen non illa, sed ef-
frenata multicipitis belua, hoc
est, vulgi, iudicandi de non in-
tellectis libido, causa sit, ut solet
quoque in aliis.

Fleri non potest, Fraternitate ita in ge-
nere detecta, in specie vero vel indiui-
duis